

fact. & multa dicuntur notoria, quæ non sunt, cap. consuevit, de appellat. & in his probationibus recipiendis iudex possit grauari partem, id est vt suspectus recufabitur; ita not. Philip. Franch. post Abb. in cap. propofuit, de appellat. loquens in fufpitione iudicis, & in terminis in iudice iudicare volente in causa propria not. Dec. in cap. cum veniffet, colu. 5. de iudic.

super ea cognoscere. Et ita dicunt Doctores, ut ait Anan. in cap. innotui, num. 8. et 9. de maledicis. Dicit etiam Roland. in d. consil. 48. num. 2. quod ita dicunt communiter Scribentes, & num. 14. dicit hanc conclusionem esse communiter receptam. Quod intelligit, vt procedat, quando pro tali iniuria esset pena a iure præfixa: sed si esset arbitrio ipsius iudicis imponenda, tunc vtiq; possit, vt suspensus, recufari, & in omnem casum vbicumque agitur de iniuria illata officiali, superior semper debet esse

rifd. omn. iud. Afficit in cost. iustiarj per provincias in 7. not. & Io. Ant. de Nigr. quos omnes allegat in cap. Regni, in cap. 119. incip. Item ita iurimus, num. 8. Item adde, si dubitatur, an iniuria fuerit illata tanquam officiali, vel tanquam priuato, tunc recurrendum est ad coniecturas, & præsumptiones, vt per Parid. de synd. in verb. iniuria officialis, §. an sit officialis processus, n. 4. & ibi remiffiue habetur de coniecturis, Capyc. decif. 130. nu. 12. Item adde, quod sententia in causa propria dicta est nulla, etiam parte non opponente, Doct. in l. qui iudicet. omn. iudic. et Vant. de nullit. in rubr. ex defectu iurisd. ordin. numero 93 Sed si sententia esset in causa eorum, tenentur tunc parte non opponente, Curt. iun. d. iurisdictionis, & Vantius in loco præcitato, numero 97. Barard. Cognoscere. ] Rationem, vide per Abb. in cap. cum veniffet, ante num. 9. de iud. Giach. Recufari. ] vt per Abbat. vbi sup. & Iac. de S. Georg. qui dicit notandum esse istam limitationem in l. qui iurisdictioni, post nu. 10. ff. de iurisd. omn. iud. Giach.

QVÆSTIO XXXVI. Clerici, in quibus casibus à iudice seculari possint pro eorum criminibus iudicari.

S V M M A R I A. Ex Claro.

- 1 Clericos pro delictis per eos commissis non possit puniri a iudice seculari.
2 Et an hoc privilegium sit clericis concessum a iure diuino.
3 Et an valeat consuetudo, quod clerici possint criminaliter conuenire coram iudice laico.
4 Et an possit clericus huic privilegio renunciare.
5 Et an clericus citatus a iudice seculari pro delicto teneatur comparere, & allegare coram eo privilegium clericatus.
6 Et an possit clericus pro crimine reconueniri coram iudice laico.
7 Et an clericus illegitimè natus gaudeat hoc privilegio fori.
8 Et an clericus coniugatus gaudeat privilegio fori.
9 Et quid si sit bigamus.
10 Et quid si vnicam tantum vxorem duxit, sed illam post adulterium commissum cognouit.
11 Et quid si post delictum effectus fuit bigamus.
12 Et an clericus contingatur, qui non abstinet à negotiationibus & armis gaudeat privilegio fori.
13 Et an clericus coniugatus, non incedens in habitu, & censura clericali gaudeat privilegio fori.
14 Et quis sit habitus & tonsura clericalis.
15 Et quid si clericus coniugatus, qui ante delictum non incedebat in habitu illum deinde post delictum reassumpserit.
16 Et quid si reassumat tonsuram post condemnationem.
17 Et quid si clericus non deserat tonsuram, quia non habet capillos.
18 Et an clericus coniugatus mortua vxore recuperat omnia privilegia clericis non contingatis competentia.
19 Et an clericus non deserens habitum perdat privilegium tantè quam sit ter monitus.

- 20 Et quid si facta sit generalis monitio in synodo.
21 Et quis iudex cognoscat super clericatus exceptione, ecclesiasticus, an secularis.
22 Et quis super habitu, & tonsura.
23 Et an clericus non deserens habitum, & tonsuram, & immiserens se enormitatibus, amittat privilegium fori.
24 Et quid in clerico incedente in habitu, & tonsura.
25 Et an clericus factus a principe officialis, si in officio delinquat, possit ab eo puniri.
26 Et an clericus in reperi cum armis possit a iudicibus secularibus puniri.
27 Et an clericus committens crimen læsæ Maiestatis contra principem secularem possit ab eo puniri.
28 Et an clericus deponens falsum testimonium coram iudice laico possit ab eo puniri.
29 Et an clericus imputatus de assassinio possit puniri per iudicem secularem.
30 Et an hoc casu requiratur solemnis degradatio.
31 Et an requiratur sententia declaratoria.
32 Et an talis clericus assassinus sit tradendus curiæ seculari, nõ expectata incorrigibilitate.
33 Et an clericus incorrigibilis possit puniri per iudicem secularem.
34 Et an super incorrigibilitate requiratur declaratoria.
35 Et an iudex secularis possit punire clericum, qui non sit prius degradatus, & traditus curiæ seculari.
36 Et pro quibus criminibus clericus sit degradandus.
37 Et an clericus incorrigibilis sit tradendus curiæ seculari.
38 Et an clericus propter contumeliam illatam suo episcopo sit tradendus curiæ seculari.
39 Et an propter crimen falsi.
40 Et an pro enormi homicidio.
41 Et an pro crimine læsæ Maiestatis, remiffiue.
42 Et an iudex secularis, cui traditus est clericus, possit punire corporaliter.
43 Et an si quis post delictum faciat se clericum, vel monachum gaudeat privilegio fori.
44 Et an presumatur iussisse clericatum in fraudem.
45 Et an monasterium teneatur pro delicto ingressi.
46 Et quid si in eodem delicto internenerint clerici, & laici, an omni.

- omnes sint ad iudicem ecclesiasticum remittendi.
47 Et quid si illata sit iniuria per laicum clerico, an cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticum.
48 Quomodo faciendâ sit remiffio clericorum à iudicibus laicis ad ecclesiasticos.
49 Iudex ecclesiasticus an teneatur stare processui facto per iudicem secularem remittentem.
Ex Additionibus.
1 Laicus non cognoscit de clericis.
2 Laici quando capiunt clericos.
3 Famuli clericorum, & episcoporum an gaudeant privilegio fori.
4 Iudex laicus quando cognoscat de delictis clericorum.
Indices seculares regni Neapol. quomodo, & quomodo possint procedere contra personas Ecclesiasticas, & eorum subditos, remiffiue.
5 Iudex ecclesiasticus quando cognoscat de delictis laicorum.
6 Princeps potest eijcere clericum, & prelatum sibi suspectum.
7 Clericus potest eijci, quando populus eum odit, & est periculum scandali.
8 Iudex laicus attentans procedere contra clericum excommunicationem incurrit.
9 An autem ipso iure.
Index ecclesiasticus, quando possit inhibere iudici seculari, remiffiue, num. eod.
10 Clericus non potest renuciare privilegio fori, remiffiue nec cū iuramento.
11 Et si non opponat declinatoriam poterit puniri.
12 Clerici coniugati an gaudeant dicto privilegio. Et quid in Regno Neap.
13 Clericus quomodo probetur, remiffiue, & nu. 29.
14 Beneficij titulum an sufficiat allegare.
14 Clerici alicui ecclesiæ seruire debent.
15 Clericus quando dicatur incedere in habitu, & tonsura.
16 Iudex capiens clericum, debet particulariter describere facere, in quo habitu ipsum cepit.
17 Habitus an sit clericalis, vel nec a quo iudice cognoscatur.
18 Clericus factus post delictum an puniatur per laicum.
19 Clericus exceptio quomodo cognoscatur in Regno Neapolitano, remiffi.
20 Clericus probatur etiam per testes, & num. 22.
21 Clericus remittendus suo iudici, debet remitti suis expensis.
22 Clericus an probetur per testes singulares, remiffiue.
23 Sacerdotium probatur per testes singulares, num. eod.
24 Clericalis habitus, & tonsura corâ quo iud. et si i probanda.
25 Tonsura collata à Prelato non suo valet.
26 Iudex ecclesiasticus debet statim repetere clericum à laico captum.

- 27 Clericus prima tonsura an gaudeat privilegio fori.
28 Et quomodo practicatur in Regno Neap. remiffiue.
30 Clericus non probatur ex sola possessione habitus, & clericalis tonsuræ.
31 Clericus in Regno Neapolitano auferuntur arma, præuia tamen monitione facta suis prelati.
32 Arma reperta clericis sunt officialium.
32 Clericus rebellis per quos puniatur, remiffiue.
33 Clericus assassinus ipso iure intelligitur degradatus.
34 Clericus assassinus per iudicem secularem puniri potest absque solemnitate degradatione.
35 Assassinij qualitas in clerico debet constare ante inquisitionem, & citationem, alias omnia essent nulla ex defectu iurisdictionis.
Et quæ requirantur, remiffiue.
Et quid si non appareat de assassinio.
36 Assassinij qualitas est discutienda primo, si Clericus incompetentiam iudicis allegat.
37 Clericus assassinus potest cognosci per vtrumque iudicem, & erit locus præuentioni.
38 Degradationis forma, remiffiue.
39 Clericus degradandus debet esse incorrigibilis.
40 Et quid de hæretico, & conspirante contra episcopum.
Clericus effectus, aut religiosus post patratum delictum an enadat penam.
41 Clericus assumptus post delictum, quando eximat à iurisdictione laicali.
42 Professus post condemnationem an possit declinare forum, remiffiue.
43 Professio quomodo probetur, remiffiue.
44 Professus post habilitationem, an intelligatur religiosus.
45 Relegatus si fiat clericus, & relegationem frangat, a quo puniatur.
46 Clericus post delictum vxorem ducens a quo iudice puniatur.
47 Et quid seruet sacrum consilium Neapol.
Clericus perdit privilegium ex inualido matrimonio, cuius priorem virum interfecit sub num. 14.
48 Clericus quando dicatur assumptus in fraudem.
49 Laicus deinquens simul cū clerico per quem iudicem cognoscat ur.
50 Iudex ecclesiasticus potest contra sacrilegos ad excommunicationem, & alias penas spirituales procedere, non obstante sententia iudicis laici.
51 Officiales ecclesiastici in Regno Neapolit. non exercent iurisdictionem contra laicos.
52 Clericus debet remitti absque declaratione.
53 Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per iudicem secularem.

ADDITIONES Ad Quæst. XXXVI.

Omnia autem exceptionum. ] Adde, quod ista conclusio, siue regula, quod Iudex secularis non possit cognoscere de delictis clericorum, procedit, siue clericus sit in facris, siue in minoribus ordinibus tantum constitutus. Bertaz. in cons. 78. & ibi addentes vol. 1. vbi late de captaura clericorum facta per iudicem laicum, & quando sit licita: sed hoc privilegium declinandi forum non competit famulis clericorum, secus autem famulis episcopi, qui hoc privilegium gaudent, Capyc. decif. 12. & Boss. in tit. de foro compet. num. 127. Item adde, quod ista regula fallit in quatuordecim casibus, in quibus iudex secularis potest cognoscere de crimine clerici criminaliter intentati, & in multis alijs casibus, quando agitur ciuilliter, vt plene per Cassan. in consuet. Burgund. Rubr. 1. §. 5. num. 47 cum seq. fol. 92. & Gulielm. de Bened. in cap. Rainutus in verb. & vxore nomine Adelasiam, nu. 459. cap. Rainutus in verb. & vxore nomine Adelasiam, nu. 459. vsq. ad num. 490. de testam. vide etiam Carau. in tit. 23 vbi

dicat, quod Casar Pirrinus in d. ritu inter Comment. Cauent. enumerat viginti, & unum casum in criminalibus, & ciuilibus. 32. vide etiam Aufer. in tract. de potest. secul. & Marant. in 4. par. dist. 11. num. 2. & sequent. & viginti casus etiam accumulauit Decian. in tract. crim. tom. 1. cap. nu. 66. cum seq. & iudices seculares in quibus casibus in Regno Neap. procedere possunt per iura Regni contra personas Ecclesiasticas, & earum uasillos, quomodo, late habetur per Ioann. Anton. de Nigr. in cap. ad regale fastigium, & in multis alijs capitulis per eum allegatis, & similiter regula est, quod iudex ecclesiasticus non possit cognoscere de delictis contra laicos, ad quam regulam sexaginta ex limitationes ponit Decian. in dict. tractat. ubi supra capitul. 10. vbi latissime hanc materiam tractauit. Item adde alium casum, quod Princeps secularis, ubi ei est suspectus clericus, potest illum non admittere, & eijcere, licet ei a Papa sit concessa Ecclesiæ, secundum Abb. in cap. 1. col. fin. uersic. item potest. in fine de electio. & ibi dicit, quod non tenetur admittere Prælatum, de quo non possit

posset confidere, ne forte panderet aduersario secreta Prouinciae, & idem Abbas in cap. cum terra, col. 2. eod. titul. & Innoc. in capit. super his col. pen. de accusat. & dicit etiam Abb. in d. cap. 1. quod clericus potest eijci, quando populus eum odit, & est periculum scandalum, & sequitur Felin. in cap. 2. versic. 10. de prescript. Verum dicit Bal. in cap. 1. § si clericus, de pace tenenda, quod in isto secundo casu debet fieri cum licentia Papae, & hoc credo verum esse, nisi periculum esset in mora.

Item adde, quod Iudex temporalis attentans velle procedere contra Clericum inurrit sententiam excommunicationis ipso facto, secundum Guid. Pap. decisio. ne 77. sed verius est, quod non ipso iure sit excommunicatus, sed compellendus, vt desistat, per censuras ecclesiasticas c. seculares de foro compet. in 6. & in addit. ad d. decisio. 77. Guid. Pap. & per Decian. in d. tract. crimin. lib. 4. cap. 13. numer. 11. & in dict. capit. latissime habetur etiam de inhibitionibus, quae sunt per ecclesiasticos secularibus Iudicibus, & contra.

Et quando Iudex ecclesiasticus possit inhibere Iudici seculari, vide Butt. Abb. & alii in capit. suam de ord. cogn. & in cap. dilectus filius de rescriptis Alexand. in consil. 156. visis actis uol. 2. & Federic. de Sen. in consil. 300. factum est tale, debitor promisit

Item adde, quod privilegium fori, quod competit clerico, non competit eius fideiussori laico, & sic non poterit declinare forum, nam exceptio declinatoria fori competens principali non competit eius fideiussori, siue cessionario, l. si reus, ff. de de iud. fol. & l. sed si restituatur §. 2. ff. de iud. & etiam quia exceptio, quae competit personae principalis non competit. fideiussori l. exceptiones, quae personae, ff. de exceptionibus, & l. in omnibus, ff. de reg. iuris, sed haec exceptio inest perso-

ris nullo modo potest occasione alicuius delicti procedere contra clericum, aut religiosum, tex. est in cap. cum non ab homine, de iud. & hoc privilegium, quod clericus non possit iudicari a laicis, est eis concessum a iure diuino, Et haec est communis opinio. vt dicit Alciat. in d. c. cum non ab homine, nu. 2. Didac. practica, q. 31. num. 1. qui refert idem attestari Felin. in cap. 2. col. 1. de maior. & obed. & Rochem de consuet. fol. 51. col. 4. & Rebuffum in concordat. in rubr. de proteccione, quae tamen conclusio in puncto iuris non transit sine difficultate, saltem quo ad clericos, qui non sunt in sacris constituti.

Sed ea retenta infertur, quod non valet consuetudo, quod in causis criminalibus clerici conueniantur coram Iudice seculari, vt colligi videtur ex tex. in cap. clericici, de iudic. & est communis opinio. vt ait Didac. in d. q. 31. numer. 5. quam ego etiam sequor, quod ad hoc, vt non valeat consuetudo, per quam generaliter clerici conueniantur coram Iudice seculari, sed consuetudo particularis, quod in aliquibus casibus, vel causis & aliqui clerici, puta, in minoribus constituti, possint puniri a Iudice seculari, vtique valet, & ita in pluribus locis in practica indistincte obseruatur. Vide quae dixi infra. q. 41. versic. sed. quid dicendum.

Secundo infertur, quod non possunt clerici huic privilegio tacite, vel expresse renunciare, vt est tex. in cap. si diligenti, vbi DD. omnes notant, de foro compet. & communis sententia Doctorum, vt attestatur Boer. super consuet. Bituricen. f. 26. col. 3.

Est autem haec exceptio tantae efficaciae, vt a se ipsa proponatur, & ideo non tenetur clericus citatus per Iudicem secularem occasione alicuius delicti coram eo per se, vel per procuratorem comparere, & exceptionem clericatus proponere, vt dicit Archid. in c. 2. 15. q. 4. & est communis opinio. vt attestatur

Felin. in c. veniens, in vltimis verbis, de accusat. Quod intellige, nisi in citatione exprimeretur talis causa, propter quam clericus teneretur coram Iudice laico comparere puta, quia esset vassallus, iuxta ea, quae dixi supra. lib. 4. §. Feudum, q. 90. versic. sed quid si dominus, & versic. & haec quidem. Ceterum in casibus, in quibus clericus non potest a Iudice laico iudicari, licet citatus sit prorsus contumax, non potest contra eum Iudex secularis procedere, & si procedat, omnia sunt nulla, neque ipse tenetur hoc allegare, neque etiam post sententiam. Et ita se consuluisset, & intellexisset, quod ita fuit iudicatum, testatur Dec. cons. 241. in primis verbis, quem refert Didac. practica. q. 33. nu. 2. Et si distulit illud allegare, non propterea poterit Iudex laicus illum in expensis condemnare, sed est remittendus; ad Iudicem suum ecclesiasticum, etiam respectu refectionis impensarum, ut in facti contingentia iudicauit curia Neap. teste Gram. vot. 18. quem refert Carau. super ritu 65. magnae Curiae, nu. 1. Quinimo etiam si deinde contingerit clericum carcerari, non potest cogi, vt soluat, neque etiam poenam ipsius contumaciae, licet pecuniaria sit, sed est liberè dimittendus. Et ita in facti contingentia decisum fuit in curia Delph. vt per Guid. Papae decis. 450. supra. quae. licet curia Neap. contrarium iudicauerit, vt per Gram. vot. 27. & male secundum eum, quae decisioe curiae Neap. aliter refert Follet. in pract. crim. fol. 63. num. 39. in si. Scias tamen, quod Bart. in l. non videtur, la. 1. nu. 1. ff. de iud. videtur tenuisse contrarium, quod scilicet clericus citatus coram Iudice laico, si non compareat, & alleget se clericum, possit multari, & hoc nisi in citatione dictum sit, citetur presbyter talis, vel aliquid aliud, ex quo appareat, quod ille esset clericus; quod tamen Iudices nostri temporis non solent apponere in suis citationibus, licet secundum eum male faciant: non tamen potest contra talem clericum contumacem perueniri ad secundum decretum, quia non dicitur latitare, ex quo non tenetur in eo iudicio respondere. Et illam opinio. Bart. seruari attestat.

nae clerici, etgo non prodest fideiussori, & ita tenet Bald. in rubr. C. de priuilegiis. dotis. Baiard.

b Index secularis. ] Adde supra. q. 28. versic. si vero loquitur. Drogh. Index secularis. ] Far. in tit. de inquisit. uol. 1. q. 8. num. 20. Ros.

c Sed ea retenta. ] Far. d. quae. 8. numer. 30. ubi num. 4. loquitur etiam de Papa. Ros.

d Secundo infertur. ] Vel possit clericus tali privilegio renuntiare, Farin. sup. num. 10. Ros.

e Renunciare. ] Vide plene inter terminis per Cepoll. cons. 11. in 5. quae. Giach.

f Est autem haec exceptio. ] Adde, quod si coparet, & non declinat forum per Iudicem ecclesiasticum, poena extraordinaria puniri debet, etiam si statutum prohiberet declinare forum, Gramm. in decis. 29. nu. 7. Baiard.

g Comparere. ] Et tenetur illud allegare, alias multari possit, Farin. d. q. num. 15. Ros.

h Non propterea poterit Iudex. ] Adde, quod Iudex tamen laicus condemnat clericum in expensis, quando coram Laico litigando succumbit Marant. 4. part. Iud. dist. 11. sub tit. seculare, uel ecclesiasticum, num. 59. cum seq. ubi plura in hac materia. Drogh.

i Ad Iudicem suum ecclesiasticum. ] Clericus autem ad hoc, ut non possit in non suum Iudicem consentire, quae requiratur, vide in Spec. in tit. de compet. iudic. ad 1. §. 1. num. 22. Giach.

Et

k Et haec quidem conclusio. ] Clericus pro crimine coram laico reconueniri non potest in criminalibus. Farin. supra, nu. 99. & 100. Ros.

l Quero, an clericus. ] Nec non & clericus coniugatus, Far. sup. n. 60. Ros.

Quero, an clericus. ] Ad de, quod hodie per sacrum Concilium Tridentinum, 23. cap. 6. incipien. nullus prima tonsura, fuit prouisus, quod in clericis coniugatis seruetur constitutio Bonifacij Noni, quae incipit Clerici, qui cum tunicis, modò hi clerici alicui ecclesiae seruiant, vel ministrent, & clericali habitu, & tonsura utantur, nemini quod ad hoc privilegio, vel consuetudine etiam immemorabili suffragante, & ad hoc vide Farinac. in question. 8. num. 6. cum sequent. & Campegi. in tractat. & regul. de test. regul. 427. & in hac materia clericorum coniugatorum multa quaestiones habentur per Ioann. Anton. de Nigr. in clem. de vita, & honestate cleric. & quomodo probetur clericatus Mascari. de probat. conclus. 302. vique ad conclus. 306.

Item adde, quod habenti tonsuram, dicenti se habere beneficium, non sufficit probare titulum beneficij, nisi etiam probet illius possessionem, & ita iudicatum fuit in Vrbe, vt attestatur Farin. q. 8. n. 45.

Item adde, quod in Regno Neapolit. clerici coniugati non admittebantur ad huiusmodi privilegium per ritum 66. qui postea fuit correctus per Pragm. Regiam incip. nuper ad maiestatem nostram, & seruatur ius canonicum, vt ait Carauita ad dictum ritum. Baiard.

Et habitum clericalem, tonsuramque. ] Adde quod si superuenit aliud requisitum, quod scilicet clericus alicuius vel Ecclesiae seruitio, & ministerio sint ab Episcopo deputati eidemque Ecclesiae seruiant, vt habetur in Sacro Concilio Tridentino, Sess. 23. de reformat. c. 6. Nullus §. in clericis verò. Iste etiam coniugatus gaudet privilegio canonis, si quis

tur Aufrer. in Apostil. ad decisionem. Tholosan. 165. Sed certe communiter Canon. tenent contra Bartolum, vt attestatur Cauens. super 235. ritum Magnae Curiae, numero 11. Et ita quicquid seruetur in Gallia, apud nos clericus contumax in casibus, in quibus non tenetur comparere, non multatur, & si multatus fuerit, quoadcunque doceat se clericum, solet talis multa renouari, & annullari. Et ita putatur seruari debere a Iudicibus Deum timentibus.

Et haec quidem conclusio, quod scilicet clericus non possit a Iudice laico criminaliter iudicari, procedit siue clericus pro crimine coram Iudice conueniatur, siue reueniatur: nam clericus non potest coram Iudice seculari pro crimine civiliter, neque criminaliter conueniri. Et haec est communis opinio. vt attestatur Scribentes in cap. at si clerici, de Iud. & in specie Imol. num. 148. quem refert Berous ibi num. 150. Card. Alex. in c. multi, col. penult. versic. in fine. gl. 2. q. 1.

Habet etiam locum haec conclusio, quamuis clericus sit illegitimus, licet enim nati illegitimi sint maxime odiosi sacris canonibus, vt dixi supra lib. 2. §. Filius, tamen etiam clericus illegitimus gaudet privilegio fori, & ita in facti contingentia decisum fuit per Consilium Neapolitanum. vt refert Gramm. dec. 81.

Quero, an clericus coniugatus gaudeat privilegio fori? Respondetur, quod sic: nam propter coniugium non perditur privilegium, quod in criminalibus non possit puniri a Iudice seculari, dummodo cum vnica tantum, & eaque virgine matrimonium contraxerit, & habitum clericalem, tonsuramque deserat, vt est tex. in capit. vnico, de cleric. coniug. in 6. & est communis opinio. vt ait Did. pract. quae. 31. post num. 7. versic. Prima igitur. Si verò sit bigamus, potest a Iudice laico puniri: intellige tamen si prius sit bigamus, scilicet, si duas uxores duxerit: nam alij

interpretantur bigami dicuntur, vt dixi supra lib. 2. §. Clericus, & ideo non possunt a Iudice laico puniri.

Sed an ille, qui vniam tantum uxorem duxit virginem, illamque propter adulterium dimisit, & deinde ei reconciliatus est, dicendus est bigamus; quod ad hoc, vt amittat privilegium fori? Respondetur, certè clericus, qui uxorem post adulterium ab ea commissum carnaliter cognoscit, etiam si adulterium ignoret, dicitur bigamus secundum communem opinio. etiam si ex praescepto Ecclesiae illam inuitus cognouerit, vt dixi in loco praedegato. Nihilominus, cum talis interpretatur dicitur bigamus, dicendum est, quod non amittit propterea privilegium fori. Et ita tenent concorditer omnes, vt attestatur Aufrer. in decisio. ne Tholosan. 64. referens ita fuisse decisum in facti contingentia.

Sed pone, quod aliquis clericus solutus commiserit aliquid delictum, & de eo fuerit accusatus; deinde postea effectus sit bigamus, nunquid erit curiae seculari remittendus? Respondetur, quod non, quod attenditur enim status, in quo erat tempore delicti. Et ita conclusum fuit in Curia Tholosan. vt per Aufrer. dec. 377.

Qua ratione pariter etiam decisum fuit per Consilium Neapolitanum, quod si clericus post commissum delictum uxorem duxerit, non potest de eo delicto cognosci per Iudicem secularem, sed debet ad Iudicem suum Ecclesiasticum remitti, prout conclusum fuisse refert Gramm. decisio. 10. non obstantibus (vt ipse ait) clamoribus fisci, quem refert Carauita super ritum 66. Magnae Curiae, num. 9. qui tamen de hac decisione dubitat, vt ibi per eum.

Haec verò omnia procedunt, dummodo talis clericus coniugatus abstinere a negotiationibus, & armis: aliàs autem si ab eis non abstineret, posset, non obstante clericatu, per Iudicem laicum puniri.

suadente diabolo, 17. q. 4. vid. quae dixi in sing. meo 344. Giach.

Communis opinio. ] Non autem bigamus; Farin. d. q. n. 8. Ros. Interpretatur bigami. ] Adde infra hac ead. q. versic. Sed an ille, supra. in §. Adulterium, versic. sed quareo. Drogh.

Sed an ille. ] Quid de bigamo interpretatur Far. d. n. 8. Ros.

Sed an ille, qui vniam tantum. ] Itè adde, quod Clericus perdit privilegium ex inualido matrimonio cum adultera, cuius priorem virum interfecit, Bart. in decis. 262. numero 1. Baiard.

Attenditur enim status. ] Contrarium tamen in Iudicio ad fidem conuerso, tenuit infr. q. 51. versic. fin. & attenditur tempus declarationis d. q. 51. uersic. Item quero nunquid ibi, aut uerò tempore delicti. Item attenditur tempus declarationis in confiscatione bonorum infr. q. 78. uersic. Vltimus quarto, non enim bona acquisita post confiscationem, tenentur in ea: sed hic adde, quae dixi supra. in §. Adulterium uersic. sed quid si aliquis. Item in contrarium facit infr. hac eadem q. uersic. saepe numero in fin. an autem superuenientia clericatus impediatur causam criminalem contra tunc non clericum inchoatam? Quod non dixit Fel. in c. ecclesia sanctae Mariae coll. mihi 40. fol. 46. de consil. allegat. cap. proposuisti. extr. de for. cõp. & l. dum quaedam puella, ubi habetur ordinariè, ff. de iur. omn. Iud. Cur autem superuenientia talis non excuset, dixi infra hac ead. q. uersic. sed in hoc proposito, sed qua poena puniendus sit talis effectus Clericus, an videlicet secundum tempus delicti, & poena virgētis, an secundum tempus faciendae sententiae, uide Felin. remissum in c. fin. coll. mihi 15. ext. de consil. Videtamen Gramm. dec. 10. per totum. Drogh.

Qua ratione. ] Far. ubi supra. n. 66. Ros.

Clericus coniug. ] Item clericus primae tonsurae coniugatus, an, & quando privilegium clericale amittat, G g